

A dat, quousque patitur æquum & honestum. Nec enim amicus ab amico, quod iniustum est, petere debet. Adulator autem ad quidvis obsequitur. *Plut. in Apoph.*

ZENO Cirtensis interrogatus, quid revera esset amicus? respondit, alter ego. *Laert. lib. 17. cap. 1.*

Diogenes, admonitus a quodam ab amicis illi tendi insidias, ut caveret: Quid facias, inquit, si & cum amicis & cum inimicis habebimus consuetudinem? ab inimicis nobis cavemus, amicis fidimus. Quod si pariter ab utroque nobis cavebimus, non est suave vivere. *Laert. lib. 6.*

Pericles amico roganti, ut pro se fallum diceret testimonium: Se quidem amicum esse dixit, sed ad aras usque. Sensit vir prudentissimus, eatenus beneficiendum esse amicis, quantum iustitia, æquitas, & in Deum pietas permittit. *Plut. in Apoph. Gellius lib. 1. cap. 3. Brus. lib. 1. cap. 3.*

Quum Platonius Dionysius diceret, Aliquis auferet tibi caput: Xenocrates, qui tum præceptor aderat, Non prius, inquit, quam hoc, suum ostendens caput. *Laert. lib. 4. cap. 3.*

ARISTOTELES, rogatus, quo pacto amicitia tractanda esset? Non aliter, inquit, quam nos ab illis tractari cuperemus. *Laert. lib. 5. cap. 1. Brus. lib. 1. cap. 3.*

Dion Syracusanus admonitus, ut caveret sibi ab Heracleide & Calippo, quorum fidei plurimum crederet: respondit, se male vite excedere, quam in metu violentæ mortis amicos inimicosque iuxta ponere. *Brus. lib. 1. cap. 3. ex Plut.*

Nicocli petenti, ut sibi ante Phocionem venenum haurire liceret, &c. *Vide ante Amicitia certamina.*

POMPEJUS, Cato cum prædiceret, Pompeji potentiam crescere nulli bono fore populi & civitatis gubernationi, sed multo magis ad tyrannidem tendere; Pompejus ita respondit: Tua (inquit) Cato magis accedunt ad divinationem, mea autem accommodata sunt amicitia. Quo dicto indicavit, Catonem de rebus loqui planè incertis, se verò ea præcipue secutum esse, quæ tum temporis amicitia, quæ sibi cum Cæsare intercedebat, postulabat. De amico multo humanius est bene sperare, quam quasi per somnium divinare peiora. *Plut. in Apoph.*

P. RUTILIUS amico iniusta petenti quum pernegasset suum officium, ille indignandus diceret, Quid ergo opus est mihi tua amicitia, si que abs te peto, non accipio? Imò, ait Rutilius, quid tua mihi opus est amicitia, si quid in honeste re propter te facturus sum? *Val. Max. lib. 6. cap. 4. & Eras.*

ANTISTHENES illud cumprimis damnabat in hominum moribus, quod in actionibus vasa diligenter inspiceret, priusquam emerent; vitam eorum non inspicerent, quos sibi in amicitiam adungerent. At major utilitas est a fideis amicis, quam a vasis, & plus damni est, nisi deligas. *Laert. lib. 2. c. 8.*

SOLOM Salaminus summo per se suos admonere solebat, ne cito quoslibet amicos sibi pararent; quos autem semel paravissent, non facile rejicerent. *Refertur ex Apollodoro. apud Laert. & Erasim. in proverb. Ne civis dexteram injeceris.*

ARISTOTELES illud frequenter habebat in ore, ἀπίροις, ἀδύοις, &c. Sentiens, multos esse amicos nomine, paucissimos aut nullos re. *Laert. lib. 5. cap. 1.*

ZOPYRUS sibi nates & aures præcidit: itaque dissimulans qui esset, ad Babylonios transiit, fingens, se à Dario crudelissime tractatum. Babylonii persuasi commiserunt illi præfecturam. Ille nactus occasionem, Dario civitatem tradidit. Postea Darius sæpenumero dicere solebat, se male unum Zopyrum integrum, quam centum Babylonios capere. *Plut. in Apoph.*

ERAT opulentissima civitas Babylon: tamen unum amicum centum Babylonibus anteposuit. Ab hoc animo quantum absumt principes quidam, qui fannionem aut equum, aut canem plus faciunt, quam probum, fidelem ac doctum amicum? *Plut. in Apoph.*

Scipio minor, Polybii sequens præcepta, dabat operam nequando è foro rediret domum, priusquam sibi quocumque modo quempiam eorum, in quos incidisset, familiarum & amicum reddidisset: sentiens, nullam esse homini possessionem meliorem. *Plut. Apoph.*

ALPHONSUS Rex quum dubitaret, utrum Franciscum Sfortiam, an Nicolaum Picinum in amicitiam & societatem admittendus esset: (erat autem alterum duntaxat, propter illorum inter se similitudines, admittendus.) Matriciensibus legatis regem adstantibus, & interrogantibus, utrum Sfortiam an Picinum gratulari deberent: Utroque tanquam amicos habendos esse, item ab utroque tanquam inimicos cavendum esse respondit. *Antonius Panorm. de rebus gestis Alphonsi, & Aeneas Sylvius de eius dictis.*

Rex Ludovicus ejus nominis XII. parva de hoste victoria,

postquam Fuxem inter suos cecidisse percepit, dissimulato E omni plausu, quem victoria exigebat, ad amicos conversus: Utinam, ait, ego Italia exclusus essem, viveret verò Fuxus, reliqui superfleret proceres. Hostibus tales eveniant victoriae, sic iterum vincimus, victi sumus. Quam appositè hoc loco verus illud inelamari posset: Flete victum! ac victorem perdit ab ipsa victoria. Ita pius Rex amicum vitam propriis commodis anteferebat. *Æmil. in vita L. Beyerlinck in Apoph. Christianor.*

HENRICUS II. Brabantia nostræ Dux, cum venisset ad Villariensē cenobium, rogatus, templi limina subire, invictus Sanctorum reliquias isthic in pace sepultas, respondit: Sufficiat mihi nunc videre ossa Fratrum domus in monte sepulchorum: ibi enim latent reliquæ mihi charæ. En, quos vivos fuerat profecutus, etiam mortuos vivos complectitur: verum namque amorem mors non solvit; quod eleganti Emblemate depingens Alciatus, ita canit:

*Arentem senia, nudum quoque frondibus ulmum,
Complexa est viridis vitis opaca coma:
Agnoscatque vices naturæ, & gratia parenti
Officii reddit munus jura suo.*

*Exemploque monet, tales nos querere amicos,
Quos neque disjungat federe summa dies.*

Ex Chron. monast. Villariens. manuscr. Beyerlinck supra.

TRIUMPARA Rex Concini favebat Lusitanis, eosque fovebat, ac grave ob id bellum ei movit Zamirinus Calcutanus Rex. Lusitanis autem dimitti postulantibus, ne eorum causa ea belli tempesta exoriretur: Bono animo, inquit Triumpara, Divinae providentiæ fide: quæ bonas causas, dum in potissimum discernim adducere sunt, sublevaré consuevit. Neque enim permittam, ut illos quos semel in tutelam atque amicitiam recepi, me vivo & consentiente, ad alienam opem supplices ac vagi confugiant. *I. P. Mass. hist. Ind. l. 1. Idem ibid.*

Alphonsus Aragonum Rex, cum Neapolitani ad perpetuam sui Regis memoriam arcum triumphalem communibus impensis extruere, ac nominis ejus fama posteritati consecrare in animo induxissent; quo requisitum spatium undequaque haberet, Nicolai Mariae Buzurtii equitis clarissimi domum demoliri contulit. Res ad regem per occasionem deferret, qui eam improbat. Non tanti, jacebat facio G ædificia ventorum & ætis injuriæ exposita, ut ob id amici mei veteris dirutam domum velim; plus faciens amicum, quam sui nominis æviterum monumentum. *Ex Panorm. lib. de Gestis Alphonsi, Beyerlinck ibidem.*

IDEM audiens illud Vespasiani dictum, Amici diem petidit: Gratia Deo, ait, quod eam ob rem nullum diem petidit. *Idem.*

Æquè hoc in genere nobilis ac clarus Eques Garfio Regis: ille enim Ferdinando & Garfia in Hispaniis bello decertantibus, Garfiam quem puerum educaverat, bello atque prælio abstinere monet: sibi constare asserens, eum à suis relinquendum: (malè enim audiebat apud suos Garfias) Contentum hic monita, & se prælio parat. Quid faceret amicus Eques: Instat, urget, perurget, at frustra, tandemque in hoc verbum prorupit: Eheu! statutum video, ut interficiaris: cui rei cum nihil opis adferre queam, id enitar saltem, ne te vel mortuum vel victum videam. Ita galeam atque thoracem exutus, solo ense hastaque in hostium tutram ingruit, non rediturus: maluit quippe cum amico mortem oppetere, quam superflus eum mortuum videre, aut victum. *Bap. Fulgos. lib. 4. Beyerlinck ibid.*

THOMAS Pontanus prudentia ac rerum experientia clarissimus, dicere solebat: Amorem nunquam fecisse stipendium. Innebat autem, Amoris esse vim, ut ubi vis terrarum facile locum inveniat, etiam sine pecunia. *Ex Jac. Spiegel. in lib. 2. Aeneas Syl. de dictis & factis Alphonsi, supra.*

THOMAS Morus, amicorum & amicitia cultor, etiam in extremis angustiis constitutus: Accepit quippe mortis sententia, eaque qualis in latrones tertii soler, cum eam clementer (ut dicebant) Rex mitigasset, eò quod benignitas cum eo agere decrevisset: Hanc, ajebat, redam venignitatem ab amicis meis omnibus avertat Deus. *Ex Thom. Staplet. in vita cap. 18. Beyerlinck ibid.*

HIEROGLYPHICA.

Habita fidei ratione, hieroglyphicum pro amicitia ple- rumque Canis ponitur: in qua quidem primum fides expetitur ex Ciceronis & omnium sententia: mox animus, si usu veniat, ad promerendum promptissimus. *Pierius lib. 5.*

A SAL amicitia symbolum fuit durationis gratia. Corpora enim solidiora facit, & diutissime conservat: unde hospitibus ante alios cibos apponi solitum, quo amicitia firmitas ac perseverantia significetur. *Pier. Val. l. 31.*

Si quis fructiferam amicitiam, Agyptiorum in morem, scribere voluerit, aptè Coronam myream malis punicis ornata facit. Coronæ enim ipsius forma amicitiam, qua quis mutuo devinctus est: poma illa fructum & utilitatem inde susceptam indicant. Plurimis alioqui modis pingi sculpsque potest amicitia hieroglyphicè, ut ostendit *Pier. Val. in Palma, in Famina, in Hedera cum vite, l. 55.*

Apud aliquos Hirundinem pro amico ponitum inutit, tum ingrato & perdidit, compertis: quippe qui moribus nostris, & familiaris vitæ rationi difficulter adulescat. *Pier. Val. l. 22.*

Pocula vicissim portrecta, invitationeque ad computandum, amicitia confirmamentum esse, tam nostri temporis mos est, quam antiquorum omnium institutum. *Pier. Val. lib. 50.*

Amiffa. Amiffio.

AMISSA RESTITUERE.

Vide Restitutio.

AMISSIO BONORUM.

Quere Inlicitura.

Amœnitas.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

AMœNITAS est voluptas quædam, quæ ex rebus & maxime locis placentibus percipitur. Unde amœnus idem quod jucundus aspeçtu, καλὸς Græcis, & volunt componi ab A & Munus, id est, quasi Amunus, id est, sine fructu, cum nihil soleant amœna commodi adferre præter jucunditatem. Festus tamen ab Amo deditur.

Loca amœna, quod ad se amanda alliciant, ait Festus, dicta.

CALLISTA insula prope Peloponnesum, in qua Cadmus Aegonius F. Europam quarerans, Phœnicæ quosdam cum Memoliatè consanguineo suo reliquit, loci pulchritudine allectos: unde & nomen obtinuit καλλιστῆ. Postea à Thera Aethiœnionis F. Thera fuit appellata. *Herod. l. 4.*

In Thessalia Tempus vi. pass. longitudine, & ferme sex qui jurgi latitudine, locus amœnissimus, ultra visum hominis attollentibus se dextra lævaque leniter convexis jugis. Intus verò loco viriditate allabatur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Accipit amœnum Euroton, nec recipit, sed olei modo supernantem (ut dictum est Homero) brevi spacio portatum abdicat, pœnales aquas ditiusque genitas, argenteis suis miscet recufans. *Plin. l. 4. c. 8.*

Proximum amœnitate fuit quondam Ætna mons Siciliæ D qui ad eò floribus perpetuò vernabat, ut venationi locus non daretur, quandoquidem florum fragrantia præpediebat canes. Inde fabula emersit, Proserpinam raptam à Plutone, dum flores colligeret. Scilicet significanter per illud loci amœnitate, & hiatus incendio in monte factum, quo puella absorpta est. *Cædian. de rer. variet. l. 1. c. 4. ex Diod.*

De Daphne *Sozom. l. 5. c. 19.* hæc refert: Daphne, insigne Antiochiæ suburbium, memore multarum cupressorum cingitur, & aliis quoque plantis mixtum unâ cum cupressis exornatur. Et tellus illa utrinque à montibus benè fragrantia & varia florum genera sub ardoribus producit. Tectum autem quoddam, imò magis umbra, loco illi undique immineat, propter densitatem ramorum ac foliorum, non permittens, ut solares radii terram attingant: locus hic jucundus est, & admodum delectabilis, copia ac venustate undatum, temperatissime temperatum, ac mitium ventorum flatibus. Fabulantur hic Gentilium eruditi, Daphnem Ladonis fluvii Arcadiæ flum, cum Apollinem amatorem fugeret, in arborem ejusdem nominis esse convertam. Apollinem verò, cum ne sic quidem ab affectione amoris liberatus esset, dilectam ramulculis coronasse, & quamvis arbor esset, com-

plexum esse: eumque locum assidua frequentatione, haud E minus quam quicquam aliud ipsi charum, in precio habuisse. Hoc itaque suburbium Daphnem, cum tale esset, accedere turpe judicabatur probis hominibus. Ipse siquidem situs, & natura loci, ad ignaviam & voluptatem invitabat, & fabulæ hypothesi, amatoria existens, modica occasione accepta, morbum amantium juvenibus alioqui corruptis duplicabat, qui fabularum prætextu graviter incendebantur, & absque pudore libidinosa facta aggrediebantur, nec castitate complecti valentes, neque castos eo loco videre sustinentes. Etenim si quis sine amata in Daphne morabatur, stupidus & expers gratiæ, ac quasi scelus quoddam & abominabilis adversandusque judicabatur. Et aliàs is locus Ethnicis venerabilis, ac in multo precio erat. Erat enim illic elegans Daphnæ Apollinis imago, & templum magnificè ac preciose elaboratum, quod Seleucus Antiochi patrem cui cognominis est civitas Antiochena, extruxisse ferunt. Affirmatur autem ab illis qui ista colunt, fluere illic aquam divinationis è fonte Castalio, qui consimilem & energiam & appellationem cum eo sortitus sit, qui Delphis habetur, F & quod Adriano, cum adhuc privatus esset, de futuris Imperii rebus eo loco fuerit prædictum. Ferunt enim eum, cum filium Daphnes fonti immerfisset, haussisse futurorum scientiam in folio literis expressam. Ubi verò Imperium nactus esset, fontem hunc obturasse, ne aliis ex eo, quæ futura essent, prædicare liceret.

Inter omnes locorum delicias & amœnitates, nullus est qui præcellat, aut æquet Puteolos, & Bajanum sinum in Campania. Sic ut nullibi terrarum Natura tam largo sinu delicias & oblectamenta sua profudisse videatur, quam in hoc Campaniæ angulo. Ad eò ut hoc loci potissimum, cum summa spectantium admiratione, luxuriantis naturæ appareat venustas, dixeritque ille verissimè:

*Nullus in orbe locus Bajis præluce amœnis.
Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas,
Bis gravida fruges, bis pomis utilis arbor.*

Et *Plin.* Campaniam hoc nomine felicem appellat, ob felicem amœnitate, qua uno, inquit, in loco, palam nature gaudens opus demonstratur. Videtur autem hoc loco Promontorium Misenum, sive mons Misenus tribus in mare lateribus ex currens, formicibusque & crispis abundans. Ante hunc est Prochyta insula, à Miseno olim terræ motu avulsa. Ab alio latere Mare mortuum, in quo sinus Puteolanus aquas suas effundit. Circa hoc mare conspiciuntur plurima sumptuosissimorum operum fundamenta & fragmenta, ac monumentorum vestigia, quæ omnia stupendi operis molem & magnificentiam, quam olim Romanus Populus huc contulit, attestantur. Sinus item Bajanus thermis & balneis quamplurimis, etiam literarum monumentis celebratis, abundat, cryptisque memorabilibus, & templorum vestigiis adornatur. Non haud procul inde, Mons sive Antrum Sibyllinum, quod Sibyllæ Cumanæ antrum Scriptores indignant, visitur: & prope illud Lacus Averni, Poetarum fabulis celebratissimus. Ut nihil dicatur de Puteolis Cumanorum Emporio, olim à multitudine puteorum ita appellatis. Videat Lector plura in *Theatro Civitatum orbis Terrarum*, l. 3. n. 26.

Amor.

DEFINITIO ET SIGNIFICATIO.

Non hic de Amore loquimur, quem Religiosum, sive Charitatem communiter appellamus, quamvis etiam pleræque hinc ad illam deduci possent: sed ut consistit studio & adfectu bonorum quorumlibet presentium.

SECUNDUM Ciceronem autem Amor, à quo amicitia nominata est, princeps est ad benevolentiam conjungendam.

Est autem Amor, inquit *S. Aug. l. de Amic.* animæ rationalis affectus, per quem ipsa aliquid cum desiderio querit & appetit ad fruendum; per quem & fruitor eo, & cum quadam interiori suavitate amplectitur, & adeptum conservat.

Plato Amorem absentis boni in *Symposio* statuit. Nos crassa Minerva præsentis Amorem, absentis Desiderium constitujimus. Amorem Cura sequitur rei amatæ impensa, & Studium ejusdem conservandæ, fovendæ, ampliandæque.

AMOR RERUM QUARUMLIBET.

Putat.

Vita studium, Mortis fuga.

Ex loco Fortitudinis & Pusillanimitatis in declinanda morte

A morte violenta vel naturali: item ex Tit. Apostatarum, quatenus metu mortis a veritate deserviant, locus illustrari potest & amplificari.

Loti confagrante Sodoma admonitus est ab Angelo, ut salvum faceret se in monte. Timuit illuc ire, ne forte ibi moreretur. Gen. 19.

Movens in ipso Tertæ sanctæ ingressu moriturus inquit: Iratus est Dominus contra me: ecce mortior in hac humo, non transibo Jordanem. Deut. 4.

Ezechias Judæorum Rex, cum vehementer agrotaret, & ab Elaja propheta sibi moriendum esse audivisset, conversa in partem facie, Dominum multis lachrymis exoravit, ut quindécim adhuc annos vitæ ejus addiderit. 4. Reg. 20. & Ejsaie 38.

Regem Sedeciam Hieremias rogavit, ne permitteret se reduci in carcerem, in quo prius fuerat, ne moreretur. Hieremias, c. 37.

IPHIGENIA puella vitæ cupiditate incredibili supplex patri Agamemnoni mortem deprecatur, validiss. argumentorum artibus, apud Eurip. in Iphigenia Aulide: inter reliqua etiam hoc:

Μη μὲ ἀπολαύω ἄπορον. ἰδὸν δὲ, τὸ πῶς βλέπῃ· τὰ δ' ἄπο γῆς καὶ μὴ ἰδὸν ἀσχημάτως. Ne me perdas immaturam; dulce enim, lucem aspiciere: ea que sub terra, ne me videre cogas.

Pheres Thessalæ Regis Admeti pater jam decrepitu pro filio mori recusavit, vitæ cupidine: inter cætera etiam hæc Euripid. in Alceste. proferens:

Ἦ ἔτι πολὺν γὰρ τὴν πάτρα λογιζομαι χροῖον· τὸ δ' αὖτις, σμικρὸν, ἀπὸ ἧμος γλυκύν. Profecto Longum apud inferos reputo tempus: vita vero brevis, sed tamen dulcis. Item: -- ἡμῶς δ', εἰ σὺ τῶν αὐτῶν οὐκ εἶς. Ἐν γὰρ οὐκ ἴσθαι ἀνάσσει. Quin putâ, si tu ipsius amas animam, amare cunctos.

Item: Ἐν γὰρ μὴ ζωῆς, ἢ δυνὴν ἀρετῶν. Anima una vivimus, non duabus.

Tandem: φίλον τὸ εὖ ζῆν· τὰ δὲ δῶς, φίλον. Chara lux hæc Dei, chara.

Myecinus Rex cum ex urbe Buri oraculum accepisset, fore ut sex omnino annos viveret, septimo moriturus: misit ad oraculum contumeliosas querimonias, quod cum pater suus & patrus, qui decum immemores templa claustrant, homineque perdidit, tam diu visissent, ipse piæ faciens, tam cito foret vita defuncturus. Rursus ei oraculum respondit, propterea ipsum propter vitam finiturum, quod nō id faceret, quod deberet. Oportere enim Egypti cl. an. affligi: idque ante eum fuisset, reges fecisse, ipsū vero nequaquam. Myecinus ergo lucernas fecit permultas, atque iis per noctem accensis, venationibus & aliis exercitiis studiosè investigabat, totusque in eo erat, ut ex noctibus dies faceret: ut oraculi terminum prorogaret, & ex sex annis x i. efficeret. Nam sic fix continuis annis nulla nox esset, sed totidem aliis continuas esse oportere existimabat, ad oraculi fidem vel confirmandam, vel eludendam. Herod. l. 2. in Euterpe.

Xerxes res Persarum, cum totius Asiæ armatam juvenentem, quam contra Græcos ducebat, in campis Abydi ad Hellepontum explicuisset, de superiore loco universum exercitum contemplan, ingenuisse & lachrymasse fertur, quod seculi spacio nullus ex tanto hominum numero superfuturus esset. At is in specie aliena, reverâ suam conditionem deplorasse videtur, opum magnitudine quam altiore animi sensu felicitior. Quis enim etiam mediocriter prudens, mortalem se natum sescerit? Val. l. 9. c. 13. & Herod.

Dum Græci cum Persis, quibus præerat Harpagus, pugnant apud Malenam regionis Aramitidis, & quidem feliciter: mox equitatus missus, in Græcos impetum dedit. Quo facto versis in fugam Græcis, Histiazus Milesius, qui a rege Dario decebatur, haud credens, ob præsentem noxam se interfecitum in ab rege, ob quandam vitæ cupiditatem captus est. Qui ut fugiens capiebatur à quodam Persa, utque ab eo erat transfodiendus, sese Milesium Histiazum esse, lingua Persica utens, indicavit. Et Darius proculdubio propter ejus meritum illi ignovisset. At ne apud regem magnus existeret, Artaphernes Sardiū prætor, & Harpagus qui ceperat eum, Sardis perductum, in crucem sustulerunt: caput sale conditum Susa ad regem Dariū detulerunt. Darius oburgatus, qui id fecerant, quod hominem vivum in conspectum suum non duxissent, jussit Histiazæ caput eos elotum atque obvolutum sepelire, tanquam viri de se ac de Persis bene meriti. Herod. l. 6.

CLEOMENES Spattanorum Rex victus ad Selasiam ab Antigono Macedonum rege, cum amicis in Egyptum fugit. Verum Ptolemeo suspectus, in libera custodia assercivabatur. Ibi Therycion unus ex amicis consulebat, ut servitutes vitandæ gratia sibiipsum manus inferrent. At Cleomenes non sibi, sed patriæ se supersere dicitans, & mortis metu mortem sibi ultro conciscere, non fortis, sed infani hominis esse judicans, Therycionis institutum graviter reprehendit. Plut. in Cleomene.

Cum accepisset Diogenes, Antisthenem Cynicum graviter ex morbo decumbere, & morbum molestius ferre, cum sicca ad decubentem ingressus est. Ad quem cum Antisthenes dixisset: Quis me his doloribus liberabit: Diogenes prolata sica, Hæc, inquit, dixi, non vita. Laert. l. 6.

Theophrastus philosophus moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus vero, quorum maxime interesset, tam exiguum vitam dedisset: quorum si ætas esse potuisset longinquior, futurum fuisset, ut omnibus perfecta ætatis, omnique doctrina hominum vita cultior redderetur. Quererebat igitur, se tunc, cum videre cepisset, extingui. Cicero. Tuscul. questio. lib. 3. & Laert. in ejus vita.

Clatissimus est Græciæ Imperatoribus Themistocles, transmissis vitæ annis centum ac septem, lineas jam fieri popioris sentiens, indoluit, tum sibi demigrandum, sapere cum præcipue esset exortus. Cal. l. 30. c. 2. ex Plut.

Rhodijs quidam ob intemptivam libertatem à tyranno conjectus in caveam, in qua more nocentis bestia leabatur ad cruciatum & ignominiam, amputatis manibus, ac fœdata vulneribus facie, cum ab amicis admoneretur, ut inedia sibi malorum finem quereret, Cumceta, inquit, homini, quoad vivit, speranda sunt. Erasmi. l. 8. Apoph.

PERSES Macedonia Rex à Paulo Emilio in triumpho ductus est. Priusquam Senatus de eo pronunciasset, quid faciendum esset urbano prætori, coniecit eum in carcerem, qui est Albe, cum ejus natis, profundum, tenebrarum plenum & factoris. Ille per dies septem itam eo loco miseriam pertulit, ut extrema conditionis homines ejus infortuniorum magnitudinem dolentes, que ipsi accipiebant, hæc ei lachrymantibus imperarent. Tandem ei gladius ad occisionem, restis ad strangulationem objectus est, data utriusvis optione. Verum nihil tam dulce miseris videtur, quam vivere, etiam si morte dignam miseriam patiantur. In his necessitatibus vitam finivisset, nisi M. Amilius, curiæ præfex, & suam dignitatem, & patriæ æquitatem retinens, Senatū cum gravi reprehensione commonefecisset, ut sibi humanam metu non terrentur, at ultricem certè fortunam vererentur, que in eos animadvertere solet, qui potestatis superbius utuntur. Itaque ille in mitiore datus custodia, & vana spes fovens, postquam biennium vitæ cupidus duravit, cum custodes barbaros offendisset, proibiis ab illis somno frui, vitam finivit. Diod. Sic. l. 31.

L. DOMITIUS apud Massiliam victus, Corsini captus ab eodem Cæsare, veneno potio propter tedium vitæ, postquam biberat, omni ope ut viveret annexus est. Plin. l. 7. cap. 53.

M. Aquilius, cum sibi gloriosè mortem conciscere posset, Mithridati maluit turpiter servire: quem quis haud immerito dixerit Pontico supplicio, quam Rom. imperio digniorem, quoniam commisit, ut privatum opprobrium publicis rubor existeret. Val. l. 9. c. 13.

CN. CARO magna veterundæ est Latinis annalibus. Tertio consulari suo jussu Pompei in Siciliam ad supplicium ductus, pevit à militibus demissè & flebiliter, ut sibi alvum levare, priusquam expiraret, liceret, quò miseriam lucis usi diutius frueretur, eoque moram trahens, donec caput ejus fortido in loco sedentis abscederetur. Ipsa verba tale flagitium narrantis secum luctantur, nec silentio amica, quia occultari non merentur: neque relatione familiari, quia dicta fastidiosa sunt. Ibid.

Brutus exiguum & infelix momentum vitæ magno deditore emittit. Qui à Furio, quem ad eum occidendū Antonius miserat, comprehensus: non solum cervicem gladio subtraxit, sed & constantius eam præbere admonitus, ipsis his verbis juravit: Ita vivam, dabo consulationem fari ærumnosam. Ibid.

M. Brutus Philippis prelio decernendum censebat, Cæsius restagabatur: item unus ex Bruci amicis Atellius, qui expectandam censebat hyemem. Querente Bruto, quare

Arbitraretur anno post fore te potiorē? Si nihil, inquit, aliud, vivam certè diutius. Id tulit agrè Cæsius, offenditque reliquos non mediocriter Atellius. Plut. in Bruto.

JULIUS VIATOR hypotycus vitæ cupiditate omni potu abstiniit, ex medicorum prescripto, felice successu. Plin. Herodes Judæorum Rex gravissimo affectus morbo, quo etiam perit, tamen evasitum se sperabat. Joseph.

AVGUSTUS Cæsar cum lxiiii. ætatis ann. qui climactericus est, & grandes mutationes secum ferre consuevit, superasset, sibiipsum gratulatus est, tanquam magno superato periculo. Id quod ex epistola ejus ad Cajum nepotem videre licet, quam Gell. l. 15. c. 7. recitat.

C. Meecenas summus Augusti amicus, mollis & effeminatus adeo fuisse dicitur, ut vulgò Malcius vocaretur. Crebè illud, Sen. teste, in ore habebat: Omnia sustinenda, dum vivamus. Quæ de re legantur hi versiculi:

Debilem facio manus, DeBILEM pedes, coxas, Tuber astruus gibberum, Lubricos quate dentes: Vita dum superest, bene est.

TITUS Vespasianus febre correptus, dimotis lecticæ plagulis, cælum suspexit: questulque est, sibi immerenti vitam eripi, cum nullum per omnem vitam extaret factum, cujus penitenter, uno dumtaxat excepto. Id quale fuerit, non constat. Suet.

RICARDUS II. Anglorum Rex ob tyrannidem desertus à suis omnibus, à nepote suo Henrico duce Lancastriæ captus, vitæ servandæ causa regnum ultro deposuit, id unum, ut sibi privato vivere liceret, magni loco beneficii petens. At ne hoc quidem consecutus est. Nam cum proceres quidam conspiratione contra Henricum facta, ad concitandum populum juvenem quandam Ricardo facie simillimum circumducerent, iis domitis, ne videns Ricardo aliis quoque occasione daret seditionis, in arce Pontifradensi fame necatus est an. 1399. Tradunt enim, cibaria in singulis dies mox, hospitiis se omnibus propter conversationem non diu durantem gratum acceptumque fuisse:

Kai τὸν πρὸ ἐπιταφίῃ αὐτοῦ ἔκταν ἔβρα. Ἄδ' ἠδὲν ἀεὶ κενεὶς ἐν κενεῖν λῆ. Honoris.

Ex loco Ambitionis illustratur. Hic Amorem illic Habitum perpendifimus.

Superati ab Antipatro Lacedæmonii, fœdusque percutientes, postulabant ab eo quamvis multam, modo ne quid fœdum imponeret ipsis. Plut. de Dignof. adul.

Ex Rustica.

HORATIUS urbana conferens officia cum rustica libertate, l. 2. Satyra 6.

Orus, quando ego te aspiciam? quandoque licebit, Nunc veterum libris, nunc somno, & inertibus bovis Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ? &c.

Vide vitæ Rusticæ.

Literaturæ.

Consule locum Exercitationis literariæ diligemti. Item Philosophiæ studium, tum in genere, tum in specie. H

THEODORUS Zuingerus Medicus & Philos. Basiliensis, puer etiamnum, tanto literariæ peregrinationis studio tenebatur, ut infans parentibus, abitu per clandestinas literas mantili involutas significato, comite Henrico Elmeto Glaronense, in Gallias profectus, multa paupertatis incommoda pertulerit, donec Lugduni à Godofredo Beringo Chalcographo susceptus, typographicis operis interdiu exercit, nocturnas studiorum incubationibus, quo potuit successe, sic urserit, ut triennio post Parisiis inveniit & vitæ sustinenda, & studiorum profectandorum occasione. Quamvis ibidem existens, non exerit errores circa res fidei, quas puer imbiberat.

Gnomarum.

Octavius Cæsar hoc dicto, quædæm Epistolar, impensè delectatus est (quemadmodum in Noct. Attic. l. 10. c. 11. narrat Gell. 6. Macrobi. Satyr. l. 6.) non in sermonibus modo quotidianis crebrius usurpans, verum etiam epistolis suis frequenter inserens: admonens, ad rem agendam adhiberi simul & in-

Tribunis per eum qui missus erat respondit, jus eos non habere, neque se neque alium quenquam in causa vocandi: cum moribus majorum tribuni plebis prehensionem haberent, vocationem non haberent. Possent igitur eos venire, & prehendi se jubere, sed vocandi abientem jus non habere. Gell. l. 3. c. 12.

Pomponius Lætus grammaticus Romanus veneratus est omnium maximè Romanæ urbis genium, celebravitque natalem urbis quotannis, frequenti doctorum hominum conventu, ubi adolescentes eloquentiæ studiosi, panegyricis encomiasticisque actionibus dabant prima ingenii experimenta. Pari studio veterem spectandi consuetudinem defunctæ civitati restituit, primorum Antistitum atris pro theatro usus, in quibus Plauti, Terentii, recentiorum etiam quedam agerentur fabulæ, quas ipse honestos adolescentes & docuit & agentibus præstitit. Nullus unquam magis veruatem miratus est, nullus in ea cognoscenda plus operæ impendit: fastidire sua secta, ac pro despicatis habere, quæcumque nostra tulisset ætas; consistere amenti similibus ad omnem vultu operis occursum, interdum etiam ubertim flere, meliorum (dicere solebat) temporum admonitu: F capiebaturque adeo Romanæ urbis aspectu, ut semel sit in vita extra Italiam peregrinatus, visurus, quæ circa Tanaim Strabo pro incomperitis reliquisset. Romanam juvenentem paterno dilexit affectu, in qua si quid offendisset à veteri indole degeneratum: Vestri, ajebat, majores non tales fuere. Sab. in ejus vitæ. Nomina discipulorum & amicorum ad antiquitatem revocabat. Nomen ipse suum Petri in Pomponii mutavit, se dicatorum nominabat, Phædrum quandam Magistrum equitum. Quæ mutatio occasione dedit Paulo II. Pontifici, ut conjugationem ab Academicis Romanis initam suspicaretur. Franc. Polyard. in vita Octavii Cleophili, & Plat. & Ludov. Viv. l. 2. de fide Christi.

Novitatis.

Jon apud Euripidem sacerdotalis vitæ commoda enarrans, cum Delphici templi aditus esset, inter cætera, inquit, hospitibus se omnibus propter conversationem non diu durantem gratum acceptumque fuisse:

Kai τὸν πρὸ ἐπιταφίῃ αὐτοῦ ἔκταν ἔβρα. Ἄδ' ἠδὲν ἀεὶ κενεὶς ἐν κενεῖν λῆ. Honoris.

Ex loco Ambitionis illustratur. Hic Amorem illic Habitum perpendifimus.

Superati ab Antipatro Lacedæmonii, fœdusque percutientes, postulabant ab eo quamvis multam, modo ne quid fœdum imponeret ipsis. Plut. de Dignof. adul.

Ex Rustica.

HORATIUS urbana conferens officia cum rustica libertate, l. 2. Satyra 6.

Orus, quando ego te aspiciam? quandoque licebit, Nunc veterum libris, nunc somno, & inertibus bovis Ducere sollicitæ jucunda oblivia vitæ? &c.

Vide vitæ Rusticæ.

Literaturæ.

Consule locum Exercitationis literariæ diligemti. Item Philosophiæ studium, tum in genere, tum in specie. H

THEODORUS Zuingerus Medicus & Philos. Basiliensis, puer etiamnum, tanto literariæ peregrinationis studio tenebatur, ut infans parentibus, abitu per clandestinas literas mantili involutas significato, comite Henrico Elmeto Glaronense, in Gallias profectus, multa paupertatis incommoda pertulerit, donec Lugduni à Godofredo Beringo Chalcographo susceptus, typographicis operis interdiu exercit, nocturnas studiorum incubationibus, quo potuit successe, sic urserit, ut triennio post Parisiis inveniit & vitæ sustinenda, & studiorum profectandorum occasione. Quamvis ibidem existens, non exerit errores circa res fidei, quas puer imbiberat.

Gnomarum.

Octavius Cæsar hoc dicto, quædæm Epistolar, impensè delectatus est (quemadmodum in Noct. Attic. l. 10. c. 11. narrat Gell. 6. Macrobi. Satyr. l. 6.) non in sermonibus modo quotidianis crebrius usurpans, verum etiam epistolis suis frequenter inserens: admonens, ad rem agendam adhiberi simul & in-

A & industria celeritatem, & diligentia tarditatem. Idipsum quoque Tito Vespasiano placuisse, antiquissimis illius numismatis facile colligitur, quorum unum altera ex parte faciem Titi cum inscriptione praefert, altera ancoram, cujus medium ceu temonem delphin obvolutus complectitur. *Eras. in Adag.*

Alexander Severus Imp. clamabat sapienter (quod à quibusdam sine iudicio, sive Christianis audierat, & tenebat) idque per praconem, cum aliquid emendaret, dici jubebat: Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Quam sententiam usque adeo dilexit, ut in palatio, & in publicis operibus praefcribi juberet. *Lamprius in Alex. Severo.*

Michael Imp. Constantinopolitanus studio aurigandi neglectit imperium. Cum enim quodam tempore in curru confedisset, jamque equi essent carceribus emitendi, nuncius allatus fuit, ab Amere Saraceno praefecto Melitenae imminere magnum malum. Tum imperator, orbo vultu: Quomodo, inquit, ausus es, scelestè, mihi tam necessario certamine occupato, molestus esse: cum in hoc unum incumbere, ut eum qui medium tenet, in laevam partem avertam, de quo mihi tum hoc certamen est. *Cedren.*

Venationis.

Consule Tit. Venationis studium. Illic Habitus, hinc Affectus consideratur.

MNATHA Bohemorum dux tanto studio venandi tenebatur, ut triennio continuo post adeptum principatum, in secessu arcis, largam cervorum, aptorum, urforum, atque aliarum ferarum venationem suppeditantis, perduraverit, cura interim ac praefectura Vicegadi, atque etiam iurisdictionis, uni Verovicensium (quae tunc familia dignatione exteris antecellat) commissa. Qua ille occasione usus, contra principem conspiravit. At in procerum concione detectis insidiis, optione data, suis an carnificis manibus plecti mallet, stricto gladio semetipsum confodit. *Dubr. lib. 2.*

Jaromirus Bohemorum princeps, simplici ingenio, venationibus ita deditus erat, ut eum vel graviss. de rebus consultantem Hovora venatori interpellare liceret. Spe optimae venationis à Cochano Verovicense in sylvam deductus, arbori alligatus, sagittis confixus, miraculosè supervixit, Hovora supervenit liberatus. *Dubr. 16.*

Otii, Quietis, Pacis.

Vide Tit. Contemplationis, & Solitudinis.

EZECHIAS Rex Judaeorum à propheta Elaja admonitus sui peccati, & quod thesauri, quos ostentasset legatis, in regis Nabuchodonosoris manus perventuri essent: Bonus est, respondit, sermo Domini, sed pax sit diebus meis.

Achab Israelitarum Rex ab Elia ob Naboth caedem graviter reprehensus, suaeque stirpis excidium imminere audiens, suae saltem aetati quietem precatus est.

Jon apud Euripid. à Xutho patre Atheniensium rege agnitus, & Athenas ad regni successorem invitatus, in templo Apollinis Delphici, ubi aditum agebat, manere manduit: pulcherrima comparatione vitae privatae & publicae, factae item & profanae, inter cetera inquit: Utinam contingant mihi mediocria, nullo dolore affecto. Quae verò hic habui bona, audi mi pater. Gratissimum quidem primum hominibus otium & negotium mediocre. Neque me deterruit à via improbus quilibet. Illud enim non tolerabile, cedere de via, locum dantem improbis. Deorum verò supplicationibus, aut lacrimis, & hominibus serviens gaudens, non lugentibus. Et hoc quidem dimitto, alii verò veniunt hospites: itaque jucundus, semper novus exitus, novis sum. Quod verò optandum hominibus, etiam in vitiis, fuerit: justum esse ac concordiæ, simulque naturae exhibuit Deo. Hec cogitans mecum, meliora existimo quae hic funt, quam quae illic, pater. Sine verò me mihi ipsi vivere; par enim voluptas, magnis gaudere, & parva suavit ferre.

ALEXANDER limum recenti compactum Acheloi alluvie incoluit, fugiens, ut poetae perhibent, Eumenidas. Ego illum quocumque conjunctio fugientem civiles magistratus, motus, & furiosas calumnias, maluisse exiguum praedium in otio & quiete incolere. *Plur. de exilio.*

DATAMES Persa Sinopam oppugnans, cum litteras accepisset à rege, ut ab oppugnatione desisteret: lectam epistolam adoravit, & sacrificia gratulatoria fecit, quasi magnum ab rege commodum accepisset: & nocte concessa navi discessit. *Polyen. 1.7.*

NUMA Pompilius, secundus Romanorum Rex, pacis studio, Martium primum mensam à Romano locatum è sede transtulit, Januarius apponens, ut in omnibus pacem etiam iniquo & vobello praefere videretur. Jam enim dicitur ferum & sylvestrem cultum in urbanum civilemque mutasse: proindeque ipsum bifontem fingunt, tanquam alteram ex altera formam dispositionemque reddiderit. Cujus templum (quod apertum, significabat bellum; clausum verò, pacem & tranquillitatem) Numa rege tres & quadraginta annos continuo clausum mansit. *Alex. 1.7. c. 14. ex Plut. Numa.*

Cum contra Cretenfes bellum esset suscipiendum, & jam consules sortirentur, Hortensio, ut hoc bellum gereret, convenit. Sed is urbe delatatus & foro, in quo primum locum post Cicronem obtinere, collegè ultro exercitum commisit, & pacis quam belli studiosior in urbe manere voluit. *F. Dion. Nicias in Pompejo.*

Q. SERTORIUS Roma pulsus, Syllae amicus, Hispaniam occupavit. Inde, quietis studio, in Fortunatas insulas transmissurus fuerat, si comites paruisset. Illis autem retinentibus, à Lusitanis accessit, insignia fortitudinis exempla contra eandem Romanorum vim invitavit edidit. *Plur. in Sertorio.*

L. LUCULLUS, licet Syllae amicus, bellis tamen civilibus sese prosequam immiscuit. Et hac pietate meruit fortasse, ut rebus contra Mithridatem & Tigranem amplissimis, opibusque comparatis splendidi prius decederet, quam inter Cætaem & Pompejum contentiones orientetur. *Plur. in Lucullo.*

AUGUSTUS Imp. nulli genti sine justis & necessariis causis bellum intulit, jactans ingenii esse affirmans, ob triumphalis pompae superbiam & lauream corollam, civium vitas ac securitatem periclitari. Qua virtute modestè efficit, ut Parthi obsequia offerent, creandique regis arbitrium permitterent, Phraatae regis filios nepotisque obsequia darent, & signaque militaria M. Craffio & Antonio ablata remitterent. G. Indi quin etiam, Scythae, Garammantae, Aethiopes, legatos cum donis miserunt. *Suet.*

M. Antonius Pius nullius omnino belli gerendi voluntarius auctor fuit, nec nisi accessit injuria arma alicui genti intulit. *Pauf. in Arcadic.*

D. Gregorius PP. cum intelligeret, se ob successum felicem in Ecclesia, quorundam odio laborare, respondit: Abit ut mei causa aliqua simulata inter Dei sacerdotes orietur. Si propter me est ista tempestas, tollite & mitte me in mare. *Niceph. Eccl. hist. 1.11. c. 19.*

Martianus Imperator factus, cum per annos ferè 14. imperium Orientis esset imminutum, prudentia ac consilio sic reparavit, ut brevi ingens cunctis exultatio, & spes oriretur dilatandi imperii. Nam cum Partibus & Vandalis insistentibus fœdus percussit, ac pacem instituit, armae nunquam nisi provocatus movit: quietis amator, quietum ac pacatum Orientale habuit imperium. Dicere solebat: Do nec in pace liceret vivere, nec licere Principem sumere arma. Atque minas compefcuit, & dum oratorum ejus accipere, qui plura à Theodosio promissa exoptarent, uti verbis honestis abegit, ut nullam invadendi regni occasionem reperire posset. *Cypr.*

Leo Imp. qui Martino successit, amantior pacis, quam belli, ad unum ex suis Eunuchis, qui, quod Philosopho Eulogio frumentariam tesseram dare jussisset, reprehendens dixerat, militibus potius dandam fuisse ejusmodi largitionem, respondisse dicitur: Utinam is sit temporum meorum status, ut mihi liceat stipendia militum in literarum magistratos transferre. *Suid.*

Joannes filius Manuelis Imper. primogenitus, post patris mortem imperium arripuit, avidior pacis ac concordiae, quam belli. Dum Concilium Florent. Eugenius IV. Pontif. celebraret, penè tota Graeciae nobilitate comitatus, Italiam petiit: Concilio interfuit, ubi haereticis de processione Spiritus S. jam diu agitata, non solum à Latinis, sed ab ipsis etiam Graecis damnata atque explosa est. *Cypr.*

Bernensis variis injuriis ab Austriae totoque imperio affecti, ut fortitudine, ita etiam mansuetudine paucique artibus clarissimi fuerit, quando armis superiores, saepe cõditiones tan-

A tanquam victi accipere non tenebant, tranquillitatis publice causa. Ita ut ludibrii causa nobiles dicere, solerent de Berniensibus: *Bisfu daam von Bern, Sodermetzger du diegeri.* Neque tamen multiplicem hanc hydrum humanitate & aequitate vincere, sed armis tantum domare potere, insigni illa Loupenti viduata parta, quam hinc hostium & ex his md. equites primarii caesi occubuerit, A. D. 1339. *Stumpsius.*

Belli.

Consule Tit. Gentium bellicosarum. Item Ducum fortium.

Mundicie, Balneorum.

Thermis primum ad sanitatem, mox ad voluptatem Romani sunt usi, iis in modum provinciarum extructis: fuitque adeo populare principibus, id cum plebe promiscue facere, ut Commodum, Gordianum, Galienum, alios ter, alios quinque vel septies aestate, bis vero hieme in die lavasse, Capitolinum tradat, in thermicis cenasse, & mulieres etiam admisisse. *Polyd. 1.7. c. 13. de Rev. invent.*

Ante omnia student Turci mundicie. Omnia enim suspecta de mundicie rejiciunt. Ob id & vinum minimè bibunt, quod olim causa magni mali angelis fuerit, qui inebriati vino, coitum cujusdam pulcherrime mulieris petierunt, & iter ad caelum docuerunt: ipsi verò in puteum quandam profundissimum damnati sunt. Sed & carnes porcinas non comedunt, quia dicunt, hominem illis immundum fieri. Nec in parte domus, ubi comedunt, canes, aut pullos admittunt, ne loca fœdenter. Nec si vas aliquod vel canis vel pullus contingat, ex eo amplius velucunt. Solent enim pullum fune ligatum diebus septem ac amplius tenere, ut purum tantum granum comederit. Nec morticinis velucunt, ac sanguine suffocatis. Nisi enim ferro viderint gulam animalis fecari, carnes non comedunt. Postquamcunque pollutionem balneo mundantur. *Cypr.*

Libertatis propriae defendenda, conservanda. Sub loco Fortitudinis propulsantis eos lege, qui mortem obire maluit, quam sese dedere.

SEDECIAS rex Judaeorum, & omnes illius progres, cupidi libertatis retinenda, Hieremiae prophetae, qui Dei iussa eos se Nabuchodonosori dedere jubebat, non parere, qua sola ratione urbis excidium (uti Iechonias rex ante Sedeciam fecerat) evitare potuissent. *Hier. 38. & Baruch 2.*

ESSEMI Judaeorum, ut uxoris, ita & servus caret, quod hoc ad injuriam communis naturae censent pertinere, illud ad molestiam. *Ioseph. 1.8. c. 2. Antia.*

Praeter Phariseos, Sadduceos, Essenos, quarta apud Judaeos secta fuit Galilaeorum, auctore Juda Galileo. Hi cetera cum Phariseis consentiunt, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrant, credentes solum Deum dominum habendum ac principem, facilius vel exquisitissima poenarum genera luituri unam cum cognatis suis ac charissimis, quam mortalem aliquem appellari dominum. Quae secta altissimas egit radices, & populo à Romanis abalienato, excidio gentis & urbis anam praestitit. *Ioseph. 1.18. c. 2. Antia.*

Indorum philosophi Gymnosophista lege sanxerunt, ne dominem omnino servum esse, liberos omnique jure honoreque haberi omnes: quia assuecissent neque praestare ceteris, neque injuria quemquam afficere, oprime ad omnes fortunae casus instituisse vitam. Sultum enim esse, leges aequas omnibus positas, fortunas non aequè omnibus communes esse. *Diad. 1.2. c. 10.*

Servitutem Aethiopes nunquam experti dicuntur. Semper genti liberas incolunt mansit. Cambyfes, qui Marcobius Aethiops bello petere ausus est, amisso exercitu vitae periculum adit. Eam solam gentem Dionysius & Hercules, quos terras omnes perlustrasse fama est, intactam reliquerit, aut quia ipsorum in deos pietatem sint reveriti, aut (quod propius veto est) quia inexpugnabilis sit visa. *Sab. 1.2. Em. 1.*

ARABUM gens libertatem servans, nullum advenam apud se regnare passus est. Ita neque Periarum neque Macedonum reges, quamvis potentes armis, eorum imperio potui sunt. Est enim inexpugnabilis ab externo milite, propter loca partim desertæ, partim arida, aequique deficientia. Sunt tamen fortes plurimi, sed absconditi, ac solis incolis noti. *Diad. 1.2. c. 1.*

NABATHAE Arabes vitam degunt sub dio, patriam vocantes incultam illam, quae neque lumina, neque uberens fontes habet, ex quibus aquari possit hostilis exercitus. Est autem eis lex, nec frumentum seminare, nec stirpem ullam fugiferam serere, nec uti vino, nec domum dedicare. Si quis contra facere repertus fuerit, capitis poena est. Utuntur autem hac lege libertatis causa, existimantes, eos qui hæc possident, facile cogi posse à potentibus, propter horum usum, imperata facere. *Diad. 1.19.*

CARDUCHI Paphlagones odia cum Periarum rege perpetua gerebant olim, liberi suo more vivebant. Verari mos erat à tenera aetate in laboribus & studiis bellicis: fundis potissimum exercebantur, saxaque assuecebant intorquere quam maxima, nec non & jacula amentis, sagittaque arcubus insolite magnitudinis evibrare. Hi Graecos domum redeuntes ex Babylone male vexarunt. *Diad. 1.14.*

Hercules liberos à se ex Telspii filiabus susceptos, cum Graecorum barbarorumque copia, in Sardiniam misit. Mox Joloas, Herculis nepos, insulae populos ab se dixit Joloas Gymnasia, & deorum templa, ceteraque ad hominum felicitatem spectantia, ab eo sunt instituta, cum ab oraculo traditum esset, hanc coloniam liberam semper futuram. Cum Carthagenenses magnis copiis insulam cepissent, nunquam Joloas subegere. Ad montana enim atque aspera confingentes loca effosis sub terram habitaculis, lacte, calco, carnibus ex pecoribus, quae plurima illis erant, vesciebantur: agrisque colendi declinato labore, in montibus vitam quietam ducebant. Carthagenenses, cum sepius eos bello tentassent, difficultate locorum absterrent, liberos reliquerunt. Postremò à Romanis armis sepius laceffiti, locorum asperitate invicti permansere. *Diad. 1.5. c. 5.*

INDATHYRSUS Scytharum rex, cum Darius rex Periarum ab eo peteret, ut sibi tanquam domino terram & aquam muneris loco afferret, respicit: Solos sibi heros, Jovem progenitorem, & Scytharum regum odium esse. *Herod. lib. 4.*

OTHANES Persa, conjurator adversus magos salumque Smerdem primus, cum egregio perpetrato facinore diu frustra focis suaderet, ut Persidem patriam liberam relinquere: postquam vidit eos ad creandam regem inclinare, cum eis ita convenit, ut quò ad se, neque domini, neque servi conditionem subiret. Nam ut regie dignitatis honore se privabat, ita servitutem quoque induere volebat. *Herod. 1.3.*

Sperthius & Bules (alii Burim & Spartim vocant) ad Xerxem regem Periarum profecti ultro, ut poenas darent pro interfectis Darii legatis à Spartanis, cum ab Hydarne Ahaenae orae maritimae praefecto (Plur. Indammum vocat) sollicitantur, ut regi sese dederent, non tanquam legati, sed tanquam defectores, parere noluerunt, libertatem suam omnibus Xerxis opibus proponentes. Itaque ad Xerxem profecti, causam cur venissent exposuerunt. Ab eo tamen incolumes domum suere remissi. *Herod. 1.7. & Plur. in Lacon.*

Cum urbe relicta, Athenienses naves conscenderunt, ut pro libertate Graeciae contra Xerxem ad Salamincem insulam pugnarent, Traezenem verò senes, uxores, liberos, servos transmitterent: spectaculum hoc aliis miserationem, miraculum aliis audaciae movit, parentes aliò dimittentium, ipsorum autem immotorum ad ejulatum lachrymaeque & complexus parentum, qui in illam insulam transmigrabant. *Plur. in Themistocle.*

Craterus Alexandri M. praefectus, invitavit Diogenem Cynicum, ut ad se commigraret. Cui ille respondit: Maio Athenis saltemingere, quam apud Craterum opipara frumena: sentiens, libertatem, quamvis inopem, omnibus divitum delitiis praefereendam, ubi minuit libertas. Praedictantibus beato Callisthenem philosophum, quòd apud Alexandrum apparatu splendide exiperetur: Imò, inquit, infelix est, quòd illi praedandum cenandumque sit, quam Alexandro vitam fuisse; sentiens, nihil esse beatum, si ab sit libertas. Hic est Callisthenes, Aristotelis discipulus, quem Alexander tandem conjecit in carcerem, ubi & perit. Quidam pro Callisthenem supponunt ipsum Aristorem: cujus felicitatem praedictantibus, quòd cum regis filio viveret: Aristoteles, inquit, pranderet, quum vult Alexander: Diogenes, quum vult Diogenes. *Laert. 1.9. c. 2.*

Simonem Atheniensem Pericles ad se invitavit, pollicens sese omnia necessaria praebiturum. At Simon negavit se venditurum libertatem. Delectavit hunc imago muris sylvestris, parvo viventis, potius quam domesticis, in summis deli-

A deliciis: sed perpetua cum solitudine versantis. *Laert. l.2. c.14.*

Philippus Macedonum Rex bellum diu dissimulatum Atheniensibus intulit. Thebani rati id incendium Atheniensibus victis ad se brevi perventurum, socios se Atheniensibus junxerunt. Hæ duæ civitates universam Græciam legationibus fatigarunt, ut commune illud incendium secum restingerent. Valuit publica charitas apud quosdam, qui socios sibi partes susceperunt; sed multo plures metus ad Philippum traxit. Postremò de summa rei ad Charoneam dimicatum: ubi Athenienses & Thebani, pristina virtutis memores, fortiter dimicando occubuere. Quippè qui adversis vulneribus loca, quæ ad ducibus tuenda acceperant, cadentes suis corporibus obtexerunt. Illa demùm pugna universæ Græciæ libertatem admittit. *Sab. l.3. Enn.4.*

LAGON quidam interrogatus, Quid artis sciret? Liber, inquit, esse. Ea gens nec disciplinis philosophorum, nec opificiis exercebatur; tantum invictis animis libertatem tuebatur, nec hominibus nec vitis servitè docilis. *Plut. in Lacon.*

B ASTYCRATIDAS, posteaquam Argis Rex Spattanorum superatus est apud Megalopolin in prælio adversus Antigonom regem Macedonum, cuidam dicens: Quid nunc facturi estis Lacedæmonii? Macedonibusne servituri? Quid tandem, inquit: num Antigonus vetare potest, quò minus pro patria mortem oppetamus? *Plut. in Lacon.*

Alcibiades Prusienis medicus, à Mithridate Roma evocatus, libertatis studio Romæ mansit, præcepta pro se ad regem misit, commentariis medicis editis. *Plin. l.25. c.2.* Romano Senatui vel unica dies restituta libertatis, Cajo Imp. interfecto à conjuratis, gratissima fuit. Eaque de re Cn. Sentius in Senatu verba fecit, & Chærea Tribunus mil. Caji interfector à consilibus signum petiit, atque illi libertatem dederunt. Ad eò autem mutatas res mirabantur, ut ipsi sibi vix fati crederent. Tunc enim primum, ex quo reipub. administratio populo est adempta, signa dandi mos ad consules rediit, pænes quos ante Cæsares imperium fuit in milites. *Ioseph. l.19. c.2.*

Jo. Picus Mirandula libertatem supra modum dilexit, quam & natura sic affecta, & philosophia studia suggesterant: vagulque ob id plurimum exiit, nec propriam sibi antiquam sedem delegit: licet Florentie sepius, & Ferrarie quandoque commoraretur. *Jo. Franc. Galeotti F. in ejus vita.*

Maximilianus I. Imp. in agrum Mediolanensem ad Vigevnum venit. Ibi cum esset, literas ad Pisanos dedit, vellet se suum hominem, qui eis consuleret, civitatemque regeret, eò mittere. Civitas ad ea respondit, unum se ad ejus iudicio belli semper optavisse, diligentissimeque curavisse, ut in libertate, qua per multos annos caruerant, quamque dii eis reddiderant, permanerent: si ejus præfectum recipiant, contrariam rem suis studiis facturos, sibi que ipsi dominum imposturos: licet verò non consiliorum indigere, sed auxili. *Bemb. l.3. Ven. hist.*

Mahometus Bassa sub Mahometo II. Imp. Turcarum omnia, quæ maxima & periculosissima erant, gerebat, utpote à pæro Imperatori familiarissimus. Is ut e aliquando ex infami onere servitutis redimeret (nec enim, quamvis à puero Christum abnegasset, libertate donatus est) excepit Mahometum magnifico regalique convivio: protulitque aureum numum 50. millia & amplius, libertatem supplex petens, ut se libero, quam famulo uti deinceps mallet. Quo audito Mahometus ita excaudit, ut vitæ morumque locum, ducem præterea victoriis illustret, humi prostratum tanquam fugitivum servum pedibus calcaverit, donec repetita sepius voce clamaret, Grattias ago tibi, mi here. *Cusip.*

SECVLI in Transylvania usque ad eò libertatem colunt, ut mori quam tributa solvere malint. Ungariæ regibus numquam stipendia pendere voluerunt, neque ut id facerent, ulla vi cogi potuerent. Nostra tempestate, inquit. *Bonfin. precibus tantum ac regis gratia adacti sunt, ut Mathiz Corvino quibusdam temporibus domesticum bovem solvant. Bonfin. l.7. Dec.1.*

VENETI omni tempore paucis fuere legibus contenti. Abstinerunt pertinaciter à Cæsareis, nec præjudicium credo res ipsa faceret libertati, in qua urbs nata esset. *Sab. lib. 7. Enn. 8.*

Libertatis aliena tuenda studium.

ZACHARIAS I. Pontifex Venetis mercatoribus prohibuit

sub anathematis pæna, ne servos Christi signo notatos, Sacæ racenis & Gentilibus venderent. *Platina.*

Hebræi præci, eos qui thesauros præfertim malè paratos in terra defodiunt, damnationem justamque suæ impietatis pænam ad suos thesauros sustinere existimant, & carere conspectu Dei: ac propterea in Ecclesiastico maledictionem excitare contra eos, qui in ruina thesauros addunt. *Bodinus l.3. Demon. c.3.*

Gemmarum.

Vide Tit. Prodigalitat. circæ gemmas. *Plut. in comment. de doctrinis perditum in studio margaritarum gemmarumque hominem quædam de re oppo. d. a. pro. v. r. e. i. vocat. Ita Cic. vi. in Verrem, cupiditatem Veris incredibilem, Morbum & Infaniam vocat. *Vitell. l. Var. le. c.14.**

M. ANTONIUS III. vir, Nonium Senatorem propter Opalum gemmam proscripsit; Nonius fugiens, hunc & fortunis suis omnibus annulum abstulit secum, quem certum effectus viginti millibus æstimatum. *Plin. l.37. c.5.*

In Gelliam gemmarum amore flagrantem, *Mart. in Epigram. l.8. sic fecit:*

*Non per mystica sacra Dindymenes:
Nec per Nilivæ bovem juvence,
Nullo demique per deos, desique
Iurat Gellia: sed per uniones:
Hos amplius tu, vos deseculatur,
Hos fratres vocat, & vocat sorores,
Hos natis amat acris duobus:
His si quo careat misella casta,
Victuram negat esse nec horam.
Eheu quam bene nunc, Papiriane,
Anni faceret manus Severi!*

Leo IV. Imp. ad eò gemmis delectatus est, ut direpto factatio S. Sophia, coronam magni ponderis ac precii sibi constituerit: qua quidem ita frequenter utebatur, ut ad propter pondus, aut ob frigiditatem lapillorum, subito morbo correptus perierit. *Platina.*

Fridericus III. Imp. hortos ac gemmas plus æquo admittatus est, rebus gerendis tardior ac remissior. *Cusipin. & En. Syl. c.22. Europe.*

ALFONSUS Aragonum & Siciliæ Rex margaritas, uniones, adamantes, cæteroque lapides preciosos, toto orbe quæsitos, coemitt. *En. Syl. c. ult. Europe.*

HADRIANUS VI. Pp. Romam ad in eundem pontificatum contendens, & Genium delatus, celebratam illam sinatragum excavatam in hexagonum poculum, quæ una omnium gemmarum præcium superare existimatur, tum humaniter insepexit: miratus, quòd in tumultu direpta à Gallis urbis servati potuisset. *Jov. in Hadriano VI. Librorum.*

Vide Tit. Liber alitatis in libris comparandis. Jo. CAPNIO Phocensis, cum aliquando Eburardi principis Vvittembergenis nomine ad Cæsarem Fider. III. cum aliis legatus venisset, & reliquis splendida lauria, ut vocant, dono darentur, hic Capnio antiquissima quædam & bene descripta Biblia Hebraica, quam vel immensum auri pondus à Cæsare accipere maluit. *Brasie. in præfat. in Salvi. Operum suorum.*

NICEAS picior tanto perè pingendi studio delectatus est, ut dum Necyam pingeret, sæpe interrogaret servos, an pranderit. Missis ad eum à Prologo rege, ut eam traderet l. x. talentis, accipere noluit. *Plin. 35. & Plut. an seni traher. resp. Spectabilis.*

Apud Florentinum lucernam quandam ita adamavit, ut pendentem ex cingulo, quoconque iteret, ferret secum, & obviantibus quibusconque ostentans, nunquid pulchra lucerna esset, petuncantur. *En. Syl. l.1. Epist. 41.*

Patria.

Ex Tit. Fidei erga patriam huc pleræque, quatenus Amor Fidei veluti proxeneta existit.

ULYSSES, ut est in fabulis, cum apud Calypsonem posset in omnibus deliciis vivere, tamen illam asperam & lapidosam patriam suam anteposuit etiam immortalitati: non ita facturus, si Teucri sententiam, Patriam esse ubicunque bene sit, approbasset, inquit. *Lyfias in oratione adversus Phidionem. *Muretus. l.2. Var. le. c.3.**

De

A De eo sic Ovid. l.1. de Ponto: Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat Fumum de patriis posse videre focis.

PLATO philosophus nullam in terris majorem esse charitatem arbitratus est, quam quæ cum patria est unicuique nostram. Hæc patens, hæc nutrix omnium, hæc artibus, opibus, disciplinis instruit, dignitatibus ampliat, omnia ad suorum civium commodum & ornamenta refert: amat hæc, vult ipsa amari: tuetur suos, nec vult negligi: ut breviter dicam, patria à civibus exigit officia: quod cuique nostrum præstat, suo iure repetit. *Sab. l.8. c.1.*

LAGON captivus pronuciant, dum venditur, præcone, Laconem vendendo: revocavit cum, fatus: Captivum proclama. Ne servus quidem patriæ dignitatis oblitus. *Plut. in Apoph.*

THEOGNIS Megarensis patriæ studium & amorem his verbis declaravit: Veni quidem ego & in Siculam aliquando terram: venique in Eubææ vitiferia solum, Spartamque Euroæ: mundini ferri clarum urbem: & me excipiebant alacriter omnes advenientes: sed nulla mihi oblectatio in præcordia venit eorum: adeò nihil sanè erat charius aliud patriæ.

Apud Græcos hoc usitatum erat, ut qui in coloniam mitterentur, aut aliquo casu patriam relinquere cogerentur, partis novis sedibus eas iis nominibus appellarent, quibus vocabantur patriæ loca: ut hac ratione acrem illum amorem patriæ solarent: five id dignitati natalis soli reverentique dabant. Proinde *Maro. l.3. En. de Heleno* inquit: Solemnes tum fortè dapes, & tristia dona ante urbem in loco falsi Sioemotis ad undam libabat cineri Andromache. Item: Proce, & parvam Trojam, simulataque magnis Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum Agnoico, Scææq; amplector limina portæ. Polybius hoc duobus locis aperte significavit in excerptis v. l. i. libri, Tarentum coloniam Spartanorum fluvium habuisse Galcium, à perisique Eurotam dictum: & Agrigentinos Minervæ & Jovis Atavii templum habuisse, ut & Rhodios, è quibus oriundi erant. *Vitell. l.5. Var. le. c.3.*

BURIS & Speris Lacedæmonii (*Herod. lib. 7. Spermium Aneristi, & Bulim Nicolai F. legit*) profecti utro ad regem Perseum Xerxem supplicium laurum, quod obstricta Lacedæmon ex criculo erat, quod missos à Perse ad ipsos caduceatores interemisissent: Ut ad Xerxem venire, jussurunt, quo vellet modo, se pro Lacedæmonis necaret. Quos ubi admiratus ille liberavit, petuntque ut apud se manerent: Qui valeamus, inquit, hic defera patria, legibus & his viris, pro quibus tantum itineris ad moriendum sumus emensis, vivere? Instante vehementer duce Indarmo (qui Herodoto Hydarnes dicitur) memorantque pari in honore futuros atque illos, qui maxima dignitate in amicis regis præfulgerent, responderunt: Ignorare videmini nobis, quanti sit libertas, quam non mutaverit, quis nisi amens sit, Persarum regno. *Plut. in Apoph. Lacon.*

Plutarchus in vita Thelei refert, Atheniensis Minois regis Cretenfium exercitu simulque rerum inopia afflictos, inisse sedes cum illo, his quidem conditionibus, ut quotannis in Cretam mitterent septem pueros, ac totidem puellas: quos quidem existimant à Minoarum solitos interimi. Aristoteles dissentit. Sed quod vetusti cujusdam voti religione tenebantur Cretenfes, illas hominum primitias mittebant in Delphos: quibus eò proficiscentibus, adjunxerunt sese multi Cretenfium filii. Cæterum quum illic ob terræ sterilitatem agrè sibi parentem victum, venerunt in eam Italiae partem, quæ quondam Japygia dicta est. Hinc in Thraciam profecti, Bottari dicti sunt. Unde virgines Bottæorum sacrificio quodam absoluto, canere solent, *Iosip. de Æthiops. Eamus Athenas*, his verbis testificans desiderium patriæ quondam relicta.

Elea, olim Hyle, Phocensium colonia, patria Zenonis philosophi, oppidum vile, quod tantum præstantes viros posset gignere: quod ille Athenensium magnificentie prætulit, vita in eo exacta, rarè Athenas profectus. *Suid.*

HIRCANUS Judæorum rex & pontifex, per dolum à Partis captus, à Phiræte rege honorificissime tractatus, Judæis Babylone degentibus tanquam rex & pontifex præfectus fuit. Verum posteaquam Herodem generum suum regnum occupasse audivit, Antigoni Aristobuli fratris F. occulo, ad novas se spes transtulit, invitante etiam lris Herode, & regnum sibi cum socio commune futurum pollicente. Dissuadentibus amicis non paruit, patriæ amorem præsentis dignitatis præponens. Ab Herode comiter exceptus, non

multò post interfectus fuit. *Iosiph. lib. 15. cap. 2. & sequent. E.*

EPHORUS Cumanus, qui accepit disciplinam ab Ilocrate, cum in narratione aliarum rerum non haberet res à patria gestas, quas commemoraret: nec imperare sibi posset, ut eam indicam relinqueret: in hanc vocem erupit: *αὐτὸν οὐκ ἔπειθε κλυταὶ τὰς ἀνομήτους ἡσυχίας*, quod animadvertum ab acutis ingenis risum ipsi movit: & nedum dignitatem aliquam obicuro oppido verbis illis afferret, magis ipsius ignobilitatem patefecit. *Vitell. l.18. Var. le. c.4.*

LOCUS ille T. Livii in 10. lib. ad Vrbe condita, quo adversam pugnam Cleonymi, ducis Lacedæmonii cum Venetis exponit, narratque eum exitum magna parte navium, à solo studio celebrandi suos profectus videtur. Quamvis enim casus ille memorabilis sit, resque omnino icitu digna: non liberet tamen soler ille auctor aliena facta cum rebus Romanis immiscere, ut ipsemet pluribus locis ostendit. Nam quod addit, Rosira navium, spolique Græcorum, in æde Junonis veteri fixa, multos superesse, qui viderint: ac Patavii munimentum navalis pugne eo die, quo pugnavit, est, quotannis solemnè certamine navium flumine in oppidi medio exerceri, manifestò indicat voluntatem suam: neque enim tam minutas res gravis scriptor tanta diligentia persecutus esset. *Vitell. l.18. Var. le. c.4.*

Romulus & Remus fratres cæso Amulio patruo, & Numitore avo in regnum relictio, consilium cepere urbis hic condendæ, ubi expositi & educati essent. Dionysius id existimat à Numitore ortum, qui pulchrum & utile tarus, quoniam res Albana multitudine abundaret, ad propagandum nomen & gentem, nepotibus perisferat, ut eam velut novam ducerent coloniam, urbemque conderent. Cæterum five proprium id consilium, five avitum fuit, juvenes ejus terræ charitate, in qua ambo fuerant educati, novam urbem statuere. *Sab. l.2. Enn. 2.*

SOECUNTINI Hispaniæ pop. videntes post diutina bella se in manu Hannibalis ducis Carthaginensium venturos, maluerunt in ipsa patria mori, quam extra patriam captivi vivere. Pyra igitur grandi in foro extructa, se morti tradiderunt. *Liv. Orofius, & alii.*

NUMANTINI Hispaniæ pop. cum post longam obsidionem viderent Romanos, Scipione duce, victores evadere: ne patriam deserere viderentur, jam victi seipos in ipsa patria igni immiserunt. *Liv.*

Cum juniore Marium civili bello Sylla superasset, in Prænestinos seire cepit: & quò magis iram suam satiaret, interim separatim singulos iussit, uno tantum familiarium suo servato. Demùm mora & tandiù spectandi fastidio affectus imperavit, ut unà omnes interimerentur. Imperio audito, Prænestinus, cujus vitæ parcebatur, cum jam desperaret alium servari posse, quod antè in diuturnitate perpetrandi supplicii forte speraverat, ira incensus, ad Syllam se convertit, dixitque, nullo modo se per eum vivere velle, qui ex toto patriæ suæ everfor esset: seque in numerum morti destinatum recepit. *Fulg. l.5. c.6. & Erasmus. l.6. Apoph.*

Cajus Imp. Antium omnibus semper locis atque recessibus prælatum, non aliter quam natale solum dilexit: traditurque etiam sedem ac domicilium imperii tedio urbis transferre eò destinasse. *Suet.*

Vespasianus princeps factus locum incunabiliorum in prædiis Cossanis assidue frequentavit: manente villa, qua Hælis fuerat olim: ne quid scilicet octulorum consuetudini deperiret. *Suet.*

Othomani Turcarum reges Sogutham vicum, juxta Mysiam situm, unde oriundi erant, multum honorarunt, cum eò frequenter accederent, reddentes vici molis solemnè munera. *Chalcocondylas. l.1.*

Norvagi extra terram suam qualibet ex causâ peregrinati, quam primum redierint, terramque tetigerint, prout in terram cadunt, & factio signi crucis eam excolunt: O, inquit, terra Christiana ante omnes. Ad eò generis sui cultum extollunt, cæterorum contemptum. *Cranz. l.6. Norvegiæ cap. 11.*

Farinata Ubertus eques Florentinus, unà cum cæteris Gibellinæ factionis urbis recuperata administratione, de firmando civitatis statu in consilio erat. Missis ad federatas civitates legatis, quia imminere bellum putabatur, multi in eam sententiam ibant, ut deserta urbe, quam propter Gueli nominis multitudinem diu se retenturos diffidebant, cives omnes, qui tum in urbe erant, in propinquas, eisdem majoresque etiam honores, quam Florentiæ habituri, migrent. Surgens igitur Farinata magna voce: Se nunquam

A quam passurum, dixit, ut se praesente patria desereret, pro qua vitam effundere paratus erat. Atque in hac verba consilium dimisit, plus quam seipsum diligere a se patriam ostendens. *Enlg. l. 5. c. 5. & Egnat. l. 5. c. 6.*

JOANNES Bohemorum rex Lucemburgum patriam ita dilexit, ut regni cura non semel posthabita, illuc proficere magna cum procerum indignatione, quod dum ipsi domi per lites & calumnias attererentur, interea ille apud Lucemburgos intempertivis conviviis & choreis operam daret: quinetiam in animum induceret, cum Ludovico Bavaro Imp. Bohemiae regnum, pro Bavariae principatu, quem Palatini Rheni possidere solent, commutate, ut eo vicinior Lucemburgo habitaret. *Dubr. l. 20.*

Principes Germani Carolum IV. Imper. in Bohemia sua commorantem, hortati fuerant, ut Germaniam praesentia comfolarerit sua, postquam Bohemiam regem dedisset filium Venceslam: Regem in regno, Caesarem in Imperio residere debere. Carolus in gazophylacio massas auri atque argenti nondum signati illis ostendit, rogans, Potestne mihi fides in Germania imperialis tantam, quantam regius in Bohemia, copiam metalli exhibere? Quibus mustitanti- bus: Nonne igitur, inquit, & mihi & vobis magis expedit, me hic patris, cum commodo etiam vestro, bonis perfrui, quam illic mutuum exercere deplumationem? Nec enim aliter fieri posset, quam quem ad vos advolantem bel- le nos deplumare, vestras vicissim everteret plumas, quae egeri interdum nonnullis renascuntur. Quin potius hoc in praesentia agamus, ut concordia utrinque & in Bohemia, & in Germania nostras fulciamus opes, quod facilius malum undecunque veniens atcere mutua ope valeamus. *Dubr. l. 22.*

Mortuo Maximiliano I. Imp. ambiebant imperii dignitatem duo, Carol. Austriae, qui Hispaniae regi Ferdinando avo materno successerat, & Francisc. I. Galliae rex. Et Caroli quidem legati Moguntiam usque venerant: Gallici vero Confluentiam subliterant. Utrique per literas & inter- nuncios, principem quique suum Electoribus commendabant. Galliae rex, qui victis Helvetiis Insurbiam tenebat, quod ad sui regni saltem propem necessarium esse duceret Helvetiorum amicitiam, magnis jacturis & pollicitationibus eam redemit, missique ad ipsos legatis, quamobrem cupiat designari Caesarem, exposuit, ac simul petiit, ut suam causam apud Electores adjuvarent. Helvetii, quo tempore amicitiam cum eo pepigissent, Ecclesiam Romanam & Imperium se se dixerunt excepisse: ad Imperii vero majestatem pertinere, ut sint electorum libertima suffragia: non ergo sibi licere, libertatem hanc ulla significatione suae voluntatis impedire. Sic dimissis legatis, literas ad septem viros dedere, & quid ille euperet, quid etiam ipsi responderint, exposuere, & ne rationem ejus haberent, sed Germaniam alique principem eligerent, hortati fuerunt, de sua voluntate prolixè pollicentes. Sed & Leoni Decimo scripsere, & quoniam sit ipsius inaugurare & confirmare designatum Caesarem, petiere, eod totum incumbere, ne magis hoc ad externum alique principem deferretur. *Sleid. l. 7.*

Primum.

Illium vicus fuit, qui Palladis templum habuit, XII. stadiis à mari distans (cum verus Ilium XL. stadiis distaret) quod Alexander Magnus, ex victoria apud Granicum habita rediens, magnificis donis exornavit: & arbitratus, illic Priami fedem fuisse, vicum appellari urbem iussit, & ut aedificia repararentur, curatoribus mandavit, ac liberam & immunem censuit, subactisque Peris facturum se majorem promissit. Erat enim Homeri studiosus, & propter Acaidarum cognationem, qui Molossis imperarunt, apud quos regnavit Andromache Hectoris uxor, erga Ilienses magnopere affectus. Post ejus obitum Lyfmachus rex Thracum, urbis cura suscepta, delubrum construxit, & murum ad stadia quadraginta circumduxit, ac vicinas & antiquas urbes in eam habitatum deduxit, quae jam erant labefactae Stylla, sublate Fimbria, Ilienses multis beneficiis solatus est. Deinde Julius Caesar maximam de his curam suscepit, Alexandrum emulatus, cujus erat amantissimus, & certissima cum Iliensibus signa cognationis habebat. Regionem itaque iis tribuit libertate & immunitate servata. *Strab. ib. 13.*

Romanus pop. captis Viciis, loci commoditate allectus,

Romam relinquere cogitavit, & Vejosi imperii sedem trans- ferre. *Liv.*

CLAUDIUS Caesar Iliensibus, quasi Romanae gentis auctori- bus, tributa in perpetuum remisit: recitata veteri episto- la Graeca Senatus populique Rom. Seleuco regi amicitiam & societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset. *Suet.*

Cajus Caesar Caligula, Anurium, ubi natus dicitur, omnibus semper locis atque secessibus praetium, non aliter quam natale solum dilexit: traditurque etiam sedem ad domicilium imperii, tadio urbis, transferre eod destinasse. *Suet.*

VALENTINIANUS Imp. Rom. quum annis xxx. imperasset, majoremque vitam Ravennae duxisset, ad amplificandam urbis dignitatem Ravennati metropolitae duodecim subjecit Episcopos: ut puta Arimini, Cefene, Forlivii, For- rompili, Faventia, Foricornelii, Brincii, Bononiae, Mutinae, Rhegii, Patinae, Placentiae: unde hexarchatus nomen huic inditum. Ravenna praeterea mœnia amplifica- vit. Joannem Episcopum imperialis habitum, qui ex can- dida lana constabat, uti iussit. Quare cum Romanis pontifi- cibus se conferre ausi sunt Ravennates. *Sab. l. 1. Enn. 8. & Bonfin. l. 7. Dec. 1.*

Tolosam Tectolagum urbem Thorismundus Theoderici F. Vestigothorum rex urbem vetustate ac religione veneran- dam plurimum amavit, regnique sedem ex paterno institu- to constituit. *Bonfin. l. 4. Dec. 1.*

THEODERICUS Ostrogotus rex Romam aded magni fecit, ut diceret, piaculum committere, qui Roma diutius abset. Et tamen cum eam, collocatis laribus, incolere posset, Ravennam se recepit. *Sig. l. 16. Imp. occid.*

Joannes XXIII. pontifex Ecclesiam Tolosanam unice dile- xit, & ad Archiepiscopatum transiit: cujus quidem ca- stella sex in civitates erexit, ut haberet Archiepiscopus To- losanus, quibus cum dignitate praeset. *Platina.*

Francorum rex Pipinus Compendium omnibus secessibus antulerat. Carolus M. F. Aquiligrani cum per bella licebat, & vivens sedebat, & supremum diem obiit, sepultusque est anno Salutis 815. cum vicisset annos septuaginta duos. *Amil. l. 3.*

Speculatorum.

Bacchicam saltationem in Ponto & Jonia tanta voluptati fuisse gentibus, Lucianus scribit in libro de Saltatione, ut statuti temporibus obiti omnium aliorum, desiderenter dies totos, spectantes Titanes, corybantos, satyros, bubul- cos. Quod vero mireris amplius, exercebant id genus no- bilissimi quique, ac civitatum maxime principes, ad praeci- pua id opinati gloriam spectare.

Libanius in Olynthiacas notat, cum antiquis Athenis theatrum lapideum nullum esset, sed ligneum, & omnes lo- cum in theatro festinantem occupare studuerunt, verberatio- nes sepe & vulnera consequuta. Cui malo ut occurrerent Atheniensium principes, venales locos fuisse, statuisseque, uti spectandi causa singuli duos penderent obolos: Ne vero tenuiores propter sumptum spectaculi voluptati spoliarentur, eos ex aetario obolos sumere voluisset. Arpocratior ve- ro, qui aliquanto secus hanc ex Philochoro refert historiam H non obolos, sed drachmam nominat, eamque absentem, aut peregre euntem neminem capere potuisse, Hypetidis auctoritate demonstrat. Hujus autem pecuniae petenda jus ex tabulis Lexiarcliaicis partum esse, ex oratione Demosthe- nis adversus Leocareem apparet. *Sig. l. 4. de republ. Atheni- ens.*

Ludi.

THEOGNIS in Gnomis studium suum ludendi hinc verbis explicat: Pubertate gaudens ludo, diu enim sub terra, amila- sa anima, jaceo sicut lapis mutus: linguam autem amabi- lem lucem Solis: quamvis verò bonus fuerim, videbor ni- hil amplius.

Volanerii seutae studium in alexa elegendam indefessam *Florat. l. 2. Ser. Sat. 7.* prosequitur:

Secura Volanerius, postquam illi iussa choragum Condidit articulos, qui pro se tollerent atque Mitteret in Pyrgum talos, mercede diurna Condiditum parit.

Sepul-

A Sepulchri studium, cura. Abrahamo tanta cura fuit honestè sepeliendi Saram conjugem mortuam Cariatharibae in Chananaea, ut apud Her- ticos ab Ephrone Hertzao fundum cum duplici caverna qua- dringentis argenti sic emerit, è regione Hebron, in qua eam sepeliret. *Gen. 23.*

Jacos Patriarcha, quamvis in Aegypto regionem ferti- lissimam obtineret, & Pharaoni regi propter Joseph filium gratissimus esset, motiens tamen iussit, ut in Chananaea in patrio sepulchro conderetur. *Gen. 47.*

JOSEPH Patriarcha cum 110. annos vixisset, in Aegypto obiit, & suos iurejurando obstrinxit, ut cum eis eorumque posteris Deus subvenisset, & ex Aegypto eduxisset, ossa sua illuc exportarent. *Gen. 50.*

TOBIAS senior, vir sanctissimus, filio Tobiae praecepit, ut se mortuum sepeliret honorifice: matrem honoraret, mem- mor dolorum, quos ejus causa pertulisset: eamque vitam fun- ctam, in eodem sepulchro honestè sepeliret. *Tob. 4.*

ULYSSES apud Eurip. in *Hecliba*: Atqui mihi quidem vi- ventis in dies, et si pusilla habeam, omnia utique sufficienter sunt: sepulchrum vero cuperem honoratum meum conspi- ci: in longum enim hoc durat officium.

Brutorum, in genere.

CONSULE Tit. Humanitatis hominum erga Brutae. Amo- ris veneri exempla pete ex loco Libidinis, cum brutis qui concubere. Item Tit. Sepulchra brutis extru- ita, sub loco Prodigalitatis.

Equorum.

Apud Hom. *Nipidos* 3. Andromache Hectoris uxor mari- ti equos priore cura quam maritum complectitur, ipsius- met Hectoris confessione, prius illis & suave triticum pro- ponens, & vinum simul immixtas, quam Hectori. Usque aded etiam Heroibus potior est eorum, quibus vehuntur, quam suis ipsius ratio.

Narrant, Diotrempe fuisse quempiam praedivitem, qui majorem in modum delectatus est alendis equis, unde & postea hipparchus factus est: cujus horatu exemploque multi juvenes accessi fuerunt ad curas equestres. *Erasm. in Adag.*

ALEXANDRO Magno Hyrcanum pelagus & Caspium pen- tate, Barbari repente incurrere exceperunt eos, qui equum Bucephalum ducebant. Rex misso caduceatore, ni remis- sissent sibi equum, omnibus necem cum liberis & conjugibus denunciavit. Quibus equum ad eum reducentibus, urbe- que suas dedentibus, praebuit se omnibus humanum: atque illis, qui ceperant equum, precium dedit redemptionis. *Plut. in Alex.*

SYBARITARUM luxum, qui in convivia equos introdu- cebant, quaque ratione à Crotoniatis victi fuerint, pete ex Stratagematis, sub titulo, Equos hostibus adunere, vel inutiles reddere.

CALIGULA equorum fuit studiosissimus. Unum autem equum, quem Velocissimum nominabat, invitavit semel ad cenam, ita ut ei hordeum ex auro apponeret, funderetque vinum in poculis aureis ad potum. Idem aded amavit equum, ut eum consulem facturum procliceretur. Cum post infinita crudelia facinora seipse sacerdotem fecisset, equum collegam in sacerdotio designavit. *Xiphil.*

NERO Rom. Imp. in primis cursu & certaminibus equo- rum delectabatur, ita ut ob eam causam insignes equos vi- diores, & jam senio consecutos, stola forensis, non secus ac homines, ornaret: eosque honestabat pecunia stipendii loco. *Xiphil. in Nerone.*

POPPAEA conjux Neronis principis delicatioribus jumen- tis suis soleas ex auro quoque induere solebat. *Plin. lib. 33. cap. 11.*

ANTONINUS Verus Imp. ad Praefinam avigarum factio- nem fovendam, Praefino equo, quem Volucrum à celeritate nuncupavit, aureum consavit famularum, quod equi de- siderio secum absens habuit. Eidem ad praesepe stanti passus utas propria manu fudit, & hordeum enucleatum. Nun- quam, nisi purpura instratum, ad se perducit iussit, extincto sepulchrum in Vaticano fecit. Auri modium saepe Praefini ab eo petierunt. *Sab. lib. 5. Enn. 7.*

Canum.

Athen. l. 12. scribit, Sybaritis vehementer in deliciis fuisse canes Meliticos. Qui quidem hoc esse videntur in ge- nere canum, quod nani & pumiliones inter homines. *Eras. in Adag.*

L. B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

Circa annum Sal. 1358. in foro Veneto, quod est in editis- sima urbis parte, Rivum altum vocant, Turcus quidam innumeras aves, quae quia cantillando excelebant, venales prostant, simul mercatus, spectantibus cunctis à ca- vea emisit, quod se ferre non posse diceret animalculorum horum captivatem, quam ipse inter ærumnas calamitosissimam esse, reipso foret expertus.

Piscium.

PYTHAGORAS aliquando empro retium jactu pisces captos emisit, non eos contemnens velut hostes & alienigenas, sed tanquam amicos jam factis & captivis parcens, persoluto il- lorum nomine precio. *Plut. in Quæst. Conviv.*

L. CRASSUS, cum piscinis maxime delectaretur, mure- nam mortuam unice deploravit plures dies, non aliter ac si filia mortua esset. Quumque ei à Domitio, cum quo cen- suram gerebat, probro daretur: Nimirum, Crassus respon- dit, fateor, ita me pium esse, ut minima de causa plorem. At tu, qui tres extulisti uxores, minime ploras. *Macrobius, Elian. Plut. in Aviman. comparatione.*

Serpentium.

TIBERIO Caesari in oblectamentis erat serpens draco; quum ex consuetudine manu sua cibaturus, eum consum- ptum à formicis invenisset, monitus est, ut vim multitudi- nis caveret. Idcirco redire noluit. *Suet.*

Arborum.

VIDE Tit. Libidinis cum vegetabilibus. XERXES Rex Persarum, contra Graecos expeditione sus- cepta, in Lydia platanum comperit, quam ob pulchritudi- nem aureo monili donavit, eamque tuendam viro Persae, ex iis qui Immortales dicuntur, delegavit. *Herod. lib. 7.*

L. LUCULLUS dux Romanorum, qui Mithridatem & Ti- granem debellavit, primus cerasorum plantam ex Cerasum- ponti civitate in Italiam deportavit, & fructum ipsum eod- em nomine ex patriae civitate nuncupavit: ut restantur Ro- mani scriptores. *Athen. l. 2. cap. 9.*

Bello Judaico in balsami hortum, prope Hierichuntem, saevire Judaei, sicut in vitam suam. Contra defendere Ro- mani, & dimicatum pro fructe est. Seritque nunc eam sifcus: nec unquam fuit numerosior aut procerior. *Plut. l. 12. cap. 15.*

Q. HORTENSIVS platanos suos vino irrigare consuevit: aded, ut in quadam actione, quam habuit cum Cicerone susceptam, precario à Tullio postulavit, ut locum dicendi permutteret secum: abire enim in villam necessariò se velle, ut vinum platanum, quam in Tusculano posuerat, ipse sus- funderet. *Macrobius, l. 3. Saturn. cap. 13.*

Fuit in suburbano Tusculani agri colle, qui Come appel- latur, lucus antiqua religione Dianae sacras à Latio, vel- lur arte consilii coma saevi memoris. In hoc arborem exi- miam ætate Plinii adamavit Passienus Crispus, bis consul, orator, Agrippinae matrimonio & Nerone privigno cla- rior postea, oleulari complectique eam solitus, non mo- do cubare sub ea, vinumque illi affundere. *Plinius lib. 16. cap. 44.*

Aque.

Cum Darius Persarum Rex ad Theaurum Thraciae annum pervenisset cum exercitu, quem contra Scythas ducebat, ob- lectatus anme, cippum erexit his literis inscriptum: Theauri animi capita optimam aquam atque pulcherrimam cuncto- rum annuum continent: & ad ea pervenit, exercitum du- cens adversus Scythas, vir optimus atque pulcherrimus cunctorum hominum Darius, Hystaspis F. Persarum to- tiusque continentis Rex. *Herod. lib. 4.*

PERSONARUM RESPECTU, QUAE

mutuò amare possunt. Et dicitur Dilectio, Benevolentia, çilios, sepe etiam

Arist. l. 2. Rhet. desinit esse τὸ φίλον, βολῶν τινὶ δεικνῶν ἀδὰδ (quamvis interdum revera non sit bona) ἵκεν ἐν αὐτῷ (amici scilicet) ἀδὰ μὴ αὐτῷ (non privati commodi causa) & τὸ δὲ δὴ αὐτῶν ἀφ' αὐτῶν ἵδ' ἑαυτῶν (quoniam enim est voluntatis significatione.) Est itaque çilios (sic enim lib. 8. Ethicor. τὸ πᾶσι ἐπὶ φωνῶν: çilios autem magis ad habitum referri, ejusque accidens esse, asserit.) proposita quadam vo- luntate